

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Baptistae Mantuani ... Parthenicum libri

Baptista <Mantuanus>

Argentinae, 28. 8. 1501

VD16 -S7317

Sebastianus Murrho Colmariensis [...] Ioanni de Dalberg Vvormacensi
Episcopo [...] S. P. D

[urn:nbn:de:bsz:31-321582](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-321582)

Sebastianus Murrho Colmariensis
Germanus / Reuerendissimo
in Christo Patri ac domino
Domino Ioanni de Dalberg
Vuormaciensi Episcopo domino
suo obseruadissimo
S.P.D. selesq; commendat.

Plato excellentissimæ doctrinæ vir & ingenij acutissimi pater
neq; diuini: quadrifariâ nobilitatis nomen diuidit ac discernit
tam doctè quâ perite. Primum his nomen illud celebre distri-
buit: qui claris bonis iustisq; maioribus orti: deinde his
quorum Parentes principes potentisq; fuere. Tercio vero eos
nobiles vocat: quorum sint Aui fama & opinione celebres: ut
pota qui ex certaminibus olim coronas reportarint. Quartum
vero & his præstantissimum: cum quisquâ p se animi magni-
tudinè ingenuitateq; præcellit. Quâuis optime Præsul non so-
lum tribus præfatis generibus & clarus & præcellens existas:
Quarto tamen cum ceteros tum teipsum superare contendis.
Nam quâ bñficus liberaliq; ingenio in me fueris enarrare ne-
queo: null enim meis meritis: nullisq; officijs motus animi tui
ingenuitatē in me demonstrasti: cū nup me in cōspectū illustri-
ssimi Principis Philippi Palatini Rhenicq; Comitum rudē me ac
eptū deduceres & collocares q & suis egregijs Præcipueq; dignis
moribus: tuaq; humanitate ductus: & regio uultu corporisq;
gestu: me placide audiens: ac pro rei conditione respondens of-
ficio functum hilaremq; ad hos a quibus missus sueram dimi-
sit. nec tu hac humanitate contentus me in ædium quoq; tua-
rum penetralia duxisti in Bibliothecam illam egregiam Latini-
narum Græcarum Hebraicarumq; litterarum officinam oim-
q; musarum diuersorū. ac mox e nidulis codices educēs tuis
manibus sacratissimis aspectui meo presentare dignatus fuisti
fœci tum impudētè duos postulans codices: Latinū unum: al-
terum Hebræū ut eos usui mihi comodares: quos inter maxi-
mas tuas occupationes per Iacobū Vympfelingiū Sletstatinū
ad me destinari fecisti: q iā apud me cum veteribus (ut Cicero
ait) amicis residet. p his optie Pōtifex immortalibus tuis benefi-
cijs: nullo unquā tpe a nostra memoria delēdis: qd dignū refe-
rā nescio: q̄uis maxie gratificari desiderē. iubet enim Heliodorus
(Cicerone teste) maiore cū foenore bñficiū redire debet: agros

Aa

ut imitemur fertilliores. Quod & si mīme facere possim: sta-
 tui tñ (ut & p̄missimus) cōmentaciones quas in Baptiste Mar-
 tuani Poete Illustris in uitam clarissimæ virginis Catharinę
 poema scriptum: cōsecimus: tuo nomini dedicare. in qbus & si
 nequaquē Poete prestanciā elucubramus (nam quis Poete dig-
 na dicere possit?) mōstrauimus tamē quo pacto melius in lu-
 cem hominūq; conspectū pdire valeat. Accipito igitur id mu-
 nus ab eo: cuius tibi animus corpus facultatesq; omnes dedi-
 te obligateq; sunt. nā nullo alio genere beneficis esse possum
 quā eo quod Plato sumi igenij philosophus in disciplinis libe-
 ralibus imbuendis illustradisq; collocauit. Velim eniuero si/
 quid laude dignū gessimus tuo id auspicio ascribi: sin dedecus
 meruimus & obprobria: omē id mihi impute: dum vel tu me
 πρὸς φάστος diligas iq; familiaritū tuorū grege colloces. &
 ne illotis (ut aiunt) rē aggredemur manibus: libuit p̄sari
 argumentū in secundā Parthenicen quo facilius & Poete mens
 historiq; obscuritas detegeretur. Vale p̄sentissimę Pontifex
 ex Colmar. xx. Ianuarij. Anno salutis Millesimo quadringen-
 tesimo Nonagesimo quarto.

Clarissimo viro Dño Bernardo Bem-
 bo Patricio Veneto Iurecōsulto / Fr̄
 Baptista Mātuāus Carmelita S. D.

Beatissimę Virginis & Martyris Catharinę vitam nuper
 Romę dum tu apud Innocentiū Ponti. maximū pro re. p. tua
 splendidū oratoris munus obires: heroyco carmine cōplexus
 sum. Opusculū ut mihi videtur p̄m magis q̄ elegās: & ima-
 turum potius quā p̄maturum. Nam mea in te charitas tuis
 in me beneficijs excitata: dum tuo desiderio nimis ardentē sa-
 tis facere cupit / p̄termissa diuturnę limę diligenciā & labore
 corrigendi: p̄cipitauit edicionem. Sed age placeat celeritate si
 non placet eloquio. Quadraginta enim & nō amplius diebus
 opus absolutū est dum propter estiuū iusticiū / negocijs iter-
 missis: curamus ocia canicularia salubriter cum aliqua studio-
 rum fruge transigere. Tibi igitur vir p̄stantissime liberisq;
 tuis: libellus iste dicatus est ante tibi debitus quam conditus:
 muneris tenuitatē poterunt excusare meus ingens animus &
 curta suppellex: animi tui modestia ac summa liberalitas quę
 ab amico paupere xenia p̄ciosa non expectat. & de hoc hactē-
 nus. Miror p̄fecto nec parum miror: de hac tali ac tanta Vir